

Hieremiae Thriveri Brachelii In Polybum, aut Hippocratem, De ratione victus idiotarum aut privatorum, commentarius.

Contributors

Dryvere, Jérémie de, 1504-1554.

Guenther, Johann, 1505-1574.

Hippocrates. De salubri victus ratione. Latin.

Publication/Creation

Lugduni : Apud Godefridum & Marcellum Beringos, fratres, M. D. XLVIII. [1548]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dyxxscfp>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




CHRIVET
US H.
DE RAT.
VICTUS









The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

THRIVERUS BRACHELIUS,
J.

65856/A

XVII 6

HIEREMIAE

THRIVERI

BRACHELII

IN

POLYBVM, AVT

HIPPOCRATEM, DE

Ratione victus idiotarum aut

privatorum, Commen-

tarius.

*



Lugduni, apud Godefridum & Mar-
cellum Beringos, fratres,

M. D. XLVIII.

ELIZABETH
THE FIRST
BY
JOHN BURNET
M.D.C.C.
LONDON
Printed by J. Sturges
in the Strand

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
I 7 8 7

THE
BRITISH MUSEUM
LONDON
Printed by J. Sturges
in the Strand

INSIGNI, ET

PER QVAM DOCTO

*Medico Dn. Iacobo Sauagio**ab Iperis, Hieremias**Thriuerus**Sal.*

*



*V*M iam dudum, doctissime Iacobe, Polybum de uictu idiotarum iuuentuti nostræ prelegeremus, nescis quàm multa peruersa, obscura, perplexa inuenimus, non solum in ipso Polybo, uerum etiam Galeni commentario. Itaq; hic, quemadmodum alibi, quicquid essatu dignum inter prælegendum nobis occurrit, hoc statim à lectione annotauimus, & in commentariolos quosdam digessimus: quos cum ab aliquot diebus recenseremus, placuit nobis eos sub tuo nomine in lucē emittere: nullum quippe lubentius te ijs patrocinari & uelle & posse scio: qui quicquid à me profectum est, semper coluisti: &

a 2 longo

longo labore, multaq; ingenij tui peruicacia,
eò euasisti, ut errores eruere, & ueritatē de-
fendere maximo compendio possis. Utiliter
ergo grauis ille & prudens Magistratus
Antuerpiensis publico stipēdio te retinuit,
ut uulnerarios medicos rationem anatomes
publicè doceres, & ciues quotidiana tua o-
pera medica leuares. Nec dubium quin pau-
lo post maioribus te donabit, adeo in utroq;
munere felix es. Sed nolo in parua commen-
tatione multa praefatione uti: proinde bene-
uale, & commune nostrum amicū magistrū
Petrum Bausaium, uirum in utroq; genere
literarum eruditissimum, ex me cum
tota familia diligenter saluta.

Facit enim ipsius consue-
tudo, ut Antuerpiæ
Louanium minus
desiderem.



Louaniy.

HIEREMIAE

THRIVERI

BRACHELII

IN

POLYBVM, AVT

HIPPOCRATEM, DE

Ratione victus idiotarum aut

privatorum, Commen-

tarius.

*



Diotas hanc uiuendi
rationem sequi oportet.

PRIVATI homines
sibi, qui uerò publicum munus
gerunt, alijs uiuunt. Hinc est
quòd Galenus in libris de sanitate tuenda, duntaxat illis naturam (intemperatam dico) permutare
consulit, qui ex utrisque omnibus publicis muneribus sibi uiuere possunt: tanto est priuatorum uita iucundior: nec tantum iucundior, sed & securior. quis enim omnem inuidiam superare possit? omitto quòd
unusquisq; ex ijs, qui publicis funguntur muneribus

Obstric
blicas m
ribus pe
lose uit
tant.

Difficu
tà publ

bus, tantum alios debet excellere frugalitate uictus,
diuitie, quantum praefertur honore.

Hyeme plurimum esse, minimum
bibere conducit. Sed potioni uinum
quam meracissimum, cibo panis ex-
hibendus est, obsonia erunt assa om-
nia. Oleribus paucissimis hoc an-
ni tempore uti expedit. Sic enim pos-
tissimum corpus & calidum & siccum
euadet.

VNVSQVISQVE ferè suo more tempo-
ra discernit. quidam quodlibet in tres menses distin-
guunt: alij aliunde inchoant. Auicenna nullum sta-
tum terminum illis constituit, sed nunc longiorem,
nunc breuiorem concedit, pro aëris mutatione: nam
quamdiu caliditas & siccitas aërem obtinent, aesta-
tem retinet: ubi uero frigiditas & humiditas emi-
cat, ibi quocunq; tempore hyemem inchoat. Nescio
quomodo is Hippocratem in tertio Aphorismo-
rum intelliget, ubi hyemem nunc siccam, nunc au-
strinam accusat. Ergo ijs omnibus missis, potius
Hippocratem audiamus, & Galenum: quibus uer-
incipit ab æquinoctio uerno: quod nobis ferè accidit
hodie circa decimum Martij: quinquaginta diebus
ab

initio-
nporū
onū di-
is.
cenna.

ilis A-
næ opi

leni &
ocratis
tatio.

ab æquinoctio, hoc est in principio Maij, æstas inci-
 pit, quo tempore & Pleiades siue Vergiliæ oriun-
 tur. Durat hæc æstas ad ortum usq; Arcturi, qui no-
 bis ferè apparet circa decimum aut duodecimum Se-
 ptembris, hoc est uno aut altero die ante æquinoctiũ
 autumnale: & hic quoq; Autumnus Diocli fere Diocles
 quinquaginta dies obtinet, quo tempore Pleiades oc-
 cidunt, uidelicet circa finem Octobris uel princi-
 pium Nouembris, & tum hyems occipit. Itaque ut
 uer ab æquinoctio uerno, ita Autumnum ab æqui-
 noctio autumnali inchoamus. Nam si Auicennæ li-
 cuit pro ratione qualitatũ extendere, cur nos tam
 morose in uno aut altero die oportebit anxios esse?
 & tantum de temporibus anni. quibus & hoc de-
 cet adijcere, quòd Hippocrates nequaquam simpli-
 citer de his temporibus loquitur, sed legitimè sese ha-
 bentibus. Nam ut tres causæ sint, quæ morbos pa- Tres mic-
rum causæ
 riunt, intemperatura, malus uictus, & aër: ita nul-
 la alia causa plures, quàm aër: est enim nobis fami- Multorũ
lorum ca-
aër.
 liarissimus: atq; hic quidem alibi graues mutatio-
 nes accipit, grauissimas autem secundum temporum
 uicissitudines: quippe hyems fere sua frigiditate &
 humiditate pituitosos morbos minatur, non tantum
 in naturis temperatis, magis frigidis interdum etiã
 nam ferè aëris iniuria maior, quàm corporis contra Sententia
 ria temperatura. Proinde contraria uictus ratione tio.

8
contraire oportet, hoc est quàm minimum bibere,
& plus comedere, quippe cibus ferè siccus, potus
autem humidus: magno huic rei argumēto est, quòd
ferè statim à cibo sitimus. Iam alimentum debet cõ-

mentum
; debet
parari ca
naturali.

parari semper cum calore quocunque ferè tempore
& loco. Est autem calor naturalis tempore hyemis
plurimus, tempore æstatis uerò magis intensus. Ha-
bes exemplum in duobus poculis, quorum alterum
multum aquæ calidæ continet, alterum uerò minus,
sed feruentioris: sic habent se corpora tempore æsta-

caloris in
ne & æ-
compa-
tio.

adiicit, aër qui in æstate attrahitur, calidus est: qui
uerò in hyeme, frigidus. Hic ergo condensando ca-
loris auget copiam, ille uerò accendendo eius ordi-
nem. At de his satis, illud magis ad propositum per-

Panis.

tinet, quòd inter cibos primum locum panis obti-
net, qui ex multis alijs pinsi potest, præsertim ta-
men apud nos ex tritico & siligine. Neq; nunc di-
cam utrum appellem siliginem, utrum triticum. Nã
utraq; opinio suos habet autores. Plinius dicit sili-

ontentio
ritico & si
ne.

ginem delicias tritici, & siliginem in triticum tan-
quam uilius degenerare. Puto, altero significato sili-
ginis deceptus est, de quo mox dicemus: nos enim
cum Columella & Celso malumus triticum id quod
est elegantius ac flauius appellare: reliquum robum

Robus.

quidam appellant, unde fortè rogghe nostratibus de-
flex

flexū est. Sed hæc ad alium seorsum librum relinqua
 mus, ubi ex professo de frumentaceis disputabimus.
 Nunc panium differentias dicamus: qui ut ex Celso
 & Galeno iam dudum collegimus, quintuplex est,
 & tamen eodem tritico. Autopyros aut Syncomi-
 stos dicitur, qui tota farina compinsitur, siliginem
 uocat Galenus, ac Celsus, secreto omni furfure opti-
 mam farine partem: atq; hinc dicimus, panem sili-
 gineum, uulgus appellat candidum. Tertio nonnun-
 quam leuiter furfur secernitur, hunc semidalem ap-
 pellant aut similaceum, uulgus appellat secunda-
 rium. Scio tamen quòd quidam semidalem ac sili-
 gem seorsum species quasdam tritici numerant: ue-
 rum mihi uidetur, quòd Galenus & Celsus, ubi dif-
 ferentias panum inquirunt, ipsum triticum in has
 partes diuidunt. Quartus est ex furfure, qui cibarius
 dicitur, aut furfuraceus. Quintus ex polline: hunc
 diu quæsiuimus: tandem in libro de facultatibus sim-
 plicium inuenimus Galenum accipientem pollinē
 ex molari pariete. Iuuit me multum quidam Polo-
 nus, qui pauperes ex eo mihi dixit panem colligere,
 atq; hic merito sordidus dictus. Similaceus atq; si-
 liginus ferè fermento carent, unde à Galeno con-
 temnuntur. quidam pro fermento fecem ceruisiariā,
 aut aliud illi simile immiscent: nec id est nouum, cū
 & Plinius suo tempore quosdam ita facere scribat.

Ex un
ne pa
riat.

Syr
ftos.

Candi

Semic

Panis
rius.

Panis e
line fo

Fex pr
mento.

is au- Igitur solus autopyros ex optimo tritico, Galeno
 s aut placet: nec mirum: etenim hic quodam modo tempe
 ri- ratus est: magno illius rei argumento est, quod alius
 carnem fastidit, alius piscem, alius caseum, alius bu
 tyrum, alius uinum, alius aquam: at panis omnibus
 omni- est delectabilis: solidus enim est ac uiribus concoque
 raturis tibus indiget: hinc est quod in hyeme illius plus esse
 libet: nam qui intemperanter illum uorant, sine du
 bio in difficilem statum tandem incidunt: cui respo
 panis- det id quod uulgò dicitur, Omnis copia mala, sed pa
 a- nis pessima. Difficilimè enim uitium, si quod subsit,
 extenuatur. Et merito quidem primum panis ratio
 nem habuit: quoniam nunc carnis, nunc piscis, nunc
 uini, nunc aquæ, & aliorum mille, uicissitudinem
 maxi- licet facere: at nusquam licet panem omittere. Ita
 iq; ha- & uinum ferè omni regioni commune est, uerunta
 ratio: men pro diuersitate regionum & temporum anni,
 inum. uariare oportet. Hyeme (inquit) decet esse meracis
 simum: eadem ratione & unaquæq; regio ut est ri
 gidior, ita uinosius in ea homines uinū tolerant. Sed
 in ijs nulla est difficultas: quemadmodum nec in eo
 quod obsonia oportet esse assa. Obsonia autem simi
 bsonia- liter ac pulmenta uel pulmentaria omnia illa appel
 menta- lamus, quæ pani accedunt, carnes dico, pisces, ac simi
 lia. Nota est enim Lacedæmonij cuiusdam repræhen
 sio, qui purum panem iure intingentem clam repræ
 hend

hendit, admiratus quisnam ex pane obsonium, & rursus ex obsonio panem faceret. Quod de oleribus dicitur, distinctione opus habet: non enim ab omnibus oleribus abstinendum præcipit, sed præsertim Olerum ferentia. ignavis, ut lactucis, blitis, maluis ac similibus, quibus passim tempore æstatis utimur. At brassica, beta, atq; ijs calidioribus, nemo est qui non rectè tempore hyemis utitur. Nam quod dicit alibi Galenus, Beta plus bet bilis num. Beta plus bilis quàm uinum habet: ita intelligendum non est, quasi beta plus incalfaceret, sed quòd ex ea plus succi in bilem transfiret. Nam uinum tametsi egregie calidum, parum tamen alimenti reddit, sed plurima eius portio per urinam exit aut certe sudorem: cereuisia uero & aqua per urinam fere tantum.

Vere iam ineunte plus, sed dilutius & paulatim bibendum est. Cibodemendum, eoque molliore: panis ossa uidelicet, ipsius panis loco, utendum est. Eadem lege transeundum ab assis obsonijs ad elixa, donec in æstatem uentum fuerit. Hac cibo molli, & elixis pulmentarijs, & oleribus tum crudis, tum coctis, potione plurima ac dilutissima corpus eget. **Ca**
uend

uendum tamen ne magna dictorum
subito fiat mutatio.

NIHIL est quod in uere accusare possimus,
dico legitime sese habente: nam innocens est, neque
ullum excessum habet, sed temperatum existit: quòd
ergo plus, sed dilutius hic quàm in hyeme bibere li-
ceat, est manifestum. Obscurius est, quod, Paulatim,
dicitur. forte uult, quòd paulatim debemus hic auge-
re quantitatem potus, donec ad æstatem uenerimus:
hic enim plurimum bibimus. Forte uoluit quòd in
uere sæpius, sed minus: e contrario in æstate plus,
sed rarius sit bibendum. Nam & in febricitantibus
si quis parum pitissat, magis inflammatur: quocirca
multo humido simul egros proliui oportet. In sanis
e contrario paulatim, sed sæpius bibendum, ut fiat
melior cibi fermentatio, & digestio. Id uidetur igno-
rasse in problematis Aristoteles. Verum nec id nos
ignoramus, si quem sitis ex siccitate urgeat, præser-
tim faucium, hic per syphonem bibere conducere.
Ita enim fauces paulatim magis diluimus, atq; hu-
meclamus. Adijcit, Cibo tamen demendum est.
Atq; huius causa duplex mihi apparet. Nam corpo-
ra tempore ueris, quàm hyemis, minus exiccari po-
stulant: neq; etiam eius copiam uer tolerat aut desi-
derat: fere enim calor hic laxatur, & minus potest

tempera

latim in
biben-

febris
im bibē
sed raro.

orātia A-
otelis.

bibere p
nonem ex
it.

ir in uere
is fit sub-
hendus.

con

13
concoquere: neq; etiam ubiq; calori alimentum de-
bet respondere, potest prohibere humorum pleni-
tudo ac fusio. certe corpus hic humorum saburra la-
borat, quæ plerumq; inedia, aliquando euacuatione
indiget. Quod autem de offa hic & in sequentibus **Offa.**
dicitur, oportet obseruare. Nam Polybus mazam **Maza.**
habet, cui nulla uox apud Latinos simpliciter respō-
det. Est autem maza, polenta aliquo succo aspersa
& subacta. Polentam uero nunc farinam ordei di- **Polenta.**
cimus: hac atq; adeo ipsa polenta quondam ueteres
pro pane utebantur: unde adhuc pistores bolēgiers,
quasi polentarij appellantur. Videtur ab eodem de-
duci, quod marse panem appellant: possumus itria
dicere aut dulciaria, nescio etiam an ab hac uoce no-
stri mault aut malt deflexerunt: nam ita uulgus cer- **Mault.**
uisariorum appellat ordeum tostum, germinans ac
molitum. Veteres hoc ipsum dixerunt byuen: unde
apparet deflexum nomen nostræ byriæ: nam faci- **Byriæ uu-**
lis est exorbitatio in una aut altera litera. Sed de **tum no-**
maza proposituram dicere, qua nunc Hippocra- **unde dei-**
tes aut Polybus potius quàm pane uti suadet, quia **rit.**
ipsum uer inter siccum & humidum medium exi-
stit. Quocirca & ipsum cibum ad temperatius uer-
gere oportet: atqui panis autopyrus, præsertim fer- **Vbiq; te-**
mento mistus ad siccum tendit; rationabiliter, igit- **rata tem-**
tur pro eo maza utitur: cuius usus quoniam abole- **tis cōue-**
uit,

uit, nos leuiore pane, & qui minus fermenti ha-
 beat, uti possumus. Vt autem cibus suapte natural
 aratus & debet esse paulo humidior, talis etiam & appara-
 ra. tus querendus est: nam utroque modo cibus hu-
 meclare & exiccare potest, & facultate genui-
 na, & apparatu quem accepit alieno studio. non er-
 go simpliciter elixis pro assis utendum est, sed trans-
 eundum hic ab assis ad elixa, hoc est, nunc assis,
 nunc elixis, donec in aestatem uentum fuerit. In cu-
 ius finitione parum decorum mihi seruare uidetur,
 qui de eadem re bis intentionem fecit: & quum hic
 fere mediã rationem uictus absoluit, deinceps qua-
 si nouam sententiam super eadem re facit. Quod
 ergo hic dicitur, oportunius usque ad sequentem sen-
 tentiam reseruemus, quæ in fine dicitur. Definitio
 uniuersaliter ad omnia anni tempora pertinet: nus-
 quam enim subito atque affatim uictum mutare li-
 cet: cum & natura omnem talem repentinam mu-
 tationem cauit. neque enim statim hyemi aesta-
 tem coniunxit, sed hic uer, illic autumnum inter-
 nis subi-
 utatio posuit. Sed & ubique alibi omnis subita mutatio,
 etiam quæ uoluptate nos afficit, uires frangit, mul-
 to minus ea, quæ contraria sunt, citra detrimen-
 tum affatim incidere possunt. Sed ad definitionem
 Veris redeamus, cui sic tenuior uictus conducit,
 ut nusquam frugalis sobrietas sit magis oportuna.

Verum

Verum nescio quid cum piscibus conflictatur: ac magis æstati conueniunt,

Æstate nutritioni aptissima sunt, panis offa, mollis potio, tum diluta, tum multa, obsonia omnia elixa. Atque hæc ita sunt obseruanda, ut corpus sit molle & frigidum. Nam calido anni tempore, & sicco exurit, squalidumque euadit. Quare his rationibus tueri oportet.

QVÆCUNQUE de æstate dici possunt, clarent ex definitione hyemis. Vnum licet adijcere: quòd licet in æstate minus alimentum conueniat, frequentiores tamen uices interponere est necessum: non enim unica uice ferret quod est sufficiens. Quòd autem elixa simpliciter sint humidiora assis, alibi diximus, ubi eam perplexitatem Physicorum abstulimus, qua dicunt assa propria, elixa externa humiditate esse humidiora. Quorsum enim hæc ambages, quando simpliciter elixa plus humectent? nec humectant tantum, sed credo etiam quòd magis infrigidant:

In æstate, frequentius uenit.

Perplexitatem Physicorum sponso

locus
s.
erūq;
a.
Elixa.
a inter
z affa.

dant: ita facilius, sed imbecillius nutriunt: quare locum illum in xx. libro apud Celsum, ubi cōtrarium legitur, ut multos alios, oportet corrigere. Quòd autem elixa minus quàm assa nutriunt, & consuetudo uulgaris ostendit, quæ elixa in prandio, assa in cœna exhibet: qualis enim est dies uersus noctem, talis est æstas respectu hyemis. Videntur mihi mediam naturam habere obsonia, quæ modico iure fontur, aut saturantur: talis est caro quæ incrustatur, & in fornace coquitur, aut minimo iure in olla super ignem emollitur.

Pari modo ex uere in æstatem, sicut ex hyeme in uer traducere expedit, cibus demendo adiiciendoq; positioni.

NE SCIO cur nunc id interponit Polybus: est tamen uerum, quòd in utraq; uicissitudine cibus diminuitur, & potus augetur.

Rursus qui annum absoluit, ex estate in hyemem cōstituetur. Per autumnum cibo paulo pleniore & sicciore, obsonijs similibus uti licet: minus, sed meracius, bibere commo-
dum

dum est. Vt quum hyems bona con-
tigerit, meraca etiam magis & exi-
gua portione, cibo copiosissimo & ue-
hementer sicco uti. Ita enim hoc fris-
gido admodum & humido tempo-
re, optima ualetudine frueris, mi-
nusq; rigebis.

PRINCIPIVM huius orationis nimia
Græcorum imitatione spinosius est. Est autem sen- ^{Spinosa}
tentia ex Græcis, quòd qui uictus totius anni ra- ^{ctio.}
tionem uult absoluere, eandem debet seruare mode-
stiam ex æstate in hyemem, qualem obseruauit ex
hyeme in æstatem: quippe utrobique paulatim moue-
re oportet: sed quodam modo contrario: nam qui ex ^{Contra}
hyeme in uer, aut rursus ex uere in æstatem trāsit, ^{immutat}
cibum minuit: qui uerò ex æstate in hyemem, ci-
bum apponit, & potum imminuit: non quidem sta-
tim, sed ut tempora succedūt paulatim. Ergo tempo-
re autumnii paulatim uictum oportet augere, non so- ^{Duab^o de}
lūm quia uires hīc increſcunt, sed & ob eam cau- ^{ſis autu-}
ſam, quia corruptio hoc tempore ſanguini imminet, ^{alimenti}
cui reſiſtere oportet. Hac de cauſa & ſiccum ui- ^{geri deb}
ctum utcunq; retinemus. Nam licet autumnus ſic-
cus ſit: tamen, ut alibi diximus, ſiccitas præcipue cor-
b rruptioni

re ali-
 o in au
 o utio-
 t.

ruptioni repugnat, sicuti humiditas primò generat.
 Rectè ergo dixit, quòd in autumno oportet uti &
 pleniore & sicciore alimento. Fortè ad æstatem re-
 tulit: nam siccissimus ac plenissimus competit in
 hyeme, atq; hoc modo vitare licet morbos qui ex cor-
 ruptione in autumno fiunt, tum propter ipsius in fri-
 gido ac calido inæqualitatem, tum propter fructuū
 hoc tempore esum. Non tamen poma corruptionē ge-
 nerant sua substantia, sed succo: substantia enim per-
 uentrem ferè descendit, sed succus in sanguinē, atq;
 adeo subtilem uertitur: quo fit ut hic citius quàm
 alius corrumpatur. Huc accedit Celsus qui poma
 omnibus alijs putat obsonijs innocētiora, nisi quòd
 aliquando sua quantitate noceant. Nec refert, quòd
 sanguis ex eorum succis facilè corrumpatur: id enim
 & omnibus alijs euenit, ut optimum quodq; faci-
 lius corrumpatur. Hac de causa in pestilentia solidior
 cibo utimur, ac præcipiente Celso, carne potius glu-
 tinosa, quàm subtili. Nam qui ex hac sanguis profi-
 ciscitur, est solidior. Eadem ratione & hoc & alio
 tempore poma cocta crudis sunt meliora: nam hoc
 modo crudi succi magnam partem amittunt. Idem
 illis & per ætatem contingit. Atq; hætenus de ui-
 ctu iuxta anni tempora, quem semper contrarium
 illorum intemperaturæ esse oportet, ut hoc modo
 corpus medium seruet. Non enim in contrariū tem-

pestati

pestati statum corpus traducere studemus: sed ex uictu & aëre contrarijs corpori mediam temperiem hactenus acquirere. Et nunc erit qui hæc omnia cōtemnet, & nullum discrimen temporum habere uelit: sed pro sua ubiq; libidine uictum indifferentem seruabit, à quo ego lubenter discerem, quid sit quod mediocrem temperaturam in tam uarios morbos deducat. Certe aër ut plurimum est in causa: proinde quum cœlum mutare non liceat, conueniens est ut contrario uictu pugnemus. Quòd si usquam error uictus offendat, nusquam magis quàm ubi cum ipso cœlo coincidit. Iam non uolumus dicere, quòd in æstate perpetuo elixis, & hyeme assis uti oporteat: Exquisitus ubi malus. ec quis enim unquam sic uixit? sed quòd in hyeme magis sit utendum assis, in æstate uerò elixis.

Plenis, mollioribus, rubicundulis ob temperaturæ humiditatem sic cior uictus maiori anni parte ex usu est.

NON solum aër parit morbos, sæpe etiam semina illorum nobiscum ab utero ferimus, utpote in- Intempera nostris feris morbo habet. temperaturam: atque hæc aliàs alia. Sæpe autem à principio humida: nec sunt illius occulta signa: statim enim humorum copiam colligit, & carnem auget, & præterquàm quòd corpus hic molle existit,

empe etiam saepe rubicundius apparet: quia humiditas cum
 calidæ calore coniuncta, mediocri sanguine corpus onerat:
 idæ. que licet multis rationibus cæteris per se sit uiua-
 da na- cior, tamen per accidens sæpius interit: nulla enim
 uiuax, citius morbis ex putredine capitur: ergo statim &
 multis obno- hanc sicciori uictu medicari oportet. Nam ut humi-
 diditas ditas maxime putredinem inuitat, ita siccitas po-
 putre- tius quàm frigiditas corruptionem prohibet, atque
 aufa. ab ea uindicat.

Gracilibus, duris, ruffis & nigris
 humidior: nam huiusmodi corpora
 sicca sunt.

GRACILITAS ac corporis durities sic-
 ia cali- cos significat: & si cum calido coniuncta fuerit, aut
 iccæ in etiam temperie tempore iuuentutis, ij quodam mo-
 tura. do flauii fiunt, paulò post nigri, tam pilis quàm uni-
 uerso corpore, saltem secundum comparisonem
 quandam. Ruffum uerò temperatum est aut ex cali-
 do aut ex frigido permistum: quo fit ut ruffi aut ad-
 insigni modum bonæ aut malæ indolis uulgo habeantur.
 ut boni ali. nec dissidet experientia: nam & sacra Christi bar-
 tus, Da ba ruffa erat, erat ruffus David: sed rursus ruffus
 ffus. describitur Iudas, & aliquot alij sacrilegi.
 crilegi,

Iuuenibus mollior & humidior
 uictus

uictus conducit, quorum ætas sicca est, & corpora magis induruerunt. Senibus magna ex parte sicciore aptus est, siquidem humidi, molles & frigidi sunt.

MINVS ego quàm Galenus miror, quòd Hippocrates aut Polybus tantum iuuenum ac senum meminit: nam hæc solæ ætates contrarium uictum requirunt. Nemo enim uelit adolescentes uel refrigerare, uel humectare: ratione ætatis dico: nam ratione propriæ intemperaturæ, qui tales sunt, immodicè corrigi postulât. Sed iuuenibus omnibus ratione ætatis, humida debentur, quia immodicè sicci euadere incipiunt. Non dixit autem quicquam de frigido aut calido, quia hæcenus neq; incalferi, neque infrigidari admodum postulant: infrigidari tamen magis: unde illis non omne uinum competit, sed dilutum. Ne hoc quidem prioribus conuenit: halitiosa enim illorum substantia, & quæ facile uino exoluitur. Maior est in senibus difficultas: nam ut calidum uictum requirunt, ita siccum uidentur refugere: utpote quorum corpora immodicè sicca existunt. Ecquid ergo uictum siccum illis Polybus præcipit? Credo hoc uerbo duntaxat humidum illis interdixit, quod ignauum existit, ac calore caret, ut

Quare
bus ad
tes om

Inueni
mida d
tur, ne
men ca
aut frig

Vinum
iuuenib
concedi

Durè P
bus set
ficum
consulta

pote fructus, olera, & similia. Nam uinum simul & calidum & humidum, aut id genus alia, corpus à suis superfluitatibus liberant, sicuti reliqua onerant. Nihil hinc superest illis, qui suæ sanitati duntaxat studere decreuerunt. Sed quibus res medica cordi est, hoc in proposito annotent, quòd Galeno hic extrema adolescentia est temperatissima, quod alibi iuuentuti uidetur attribueri.

Proinde habitus, & ætatis, & temporis anni ratione, uitæ modum instituire oportet, qui præsentibus calori & frigori contrarius existat. Sic enim potius sani degemus.

TAMEN in ætatibus potius rationem siccitatis & humiditatis habuit: sed ferè humiditas cum frigido, caliditas cum sicco coniuncta est.

Per hyemem celeriter ambulandum, ætate conquiescendum, aut non in sole ambulandum.

us multa
ra.
exercitium. *NON* consistit uictus in solo cibo & potu, sed in uigilia, somno, exercitio, studio. & quidem exercitium magnam sibi uitæ partem uendicat, nec pauciores differētias quàm cibus obtinet. Nobis autem nunc satis est, quòd immodicum, siue propter diurnita

turnitatem illius, aut morem, resoluit & extenuat:
modicum uerò humectat. Facilime autē offendit sub
æstu solis: nam hic exiccatio geminatur. Sed neque
sub luna minus nocet: nam uel ex ijs qui sub ea dor-
miunt, quibusdam caput dolet, quibusdam etiam
sanguis ex naribus profluit: etenim luna humores
mouet. Huc alludit fortè prouerbium, quod infelices
contra lunam minxisse ridet.

Exer-
nocet
le ac lu

Obesis cita ambulatio, gracilibus
lenta conuenit. Per æstatem mul-
to balneo, hyeme rariore utendum
est, idq; magis tenuibus q̄ obesis.

V T exercitium pro diuersitate temporum, ita
multo magis pro differētia temperaturarum uaria-
re decet: neq; enim omnibus simpliciter tutum est
exercitium, hoc est usq; ad lassitudinem: quibusdam
leuior motus sufficit, ut insigniter biliosis. Ita neque
quouis tempore, neq; cuius temperaturæ balneum
aquæ salubre est, magis tempore æstatis, atq; in tem-
peraturis gracilibus.

Hyeme corpus ueste pura, per æs-
tum oleo infecta uelandum est.

G A L E N U S uitiū agnouit, sed ut ad alia pro-
perat, castigare omisit: atq; ego miror uehementer

Galenii
natio.

b 4 à tam

24
à tam multis interpretibus hunc locum uersum, &
nōdum castigatum. non enim uerisimile est, quòd au-
tor aliquis usquam absurda & puerilia scribit, qui
corrū de alijs solerter & grauiter solet differere. Proinde
certo certius est, quòd autor hīc, quisquis fuerit, ali-
ter scripserit: sed uitio transcribentium sit depraua-
iscunq; tus. & mihi uidetur κάρρα, pro κάρρα scriptum es-
tura se, & ἰλιόπινα, pro ἰριόπινα uel ἰρίνα: ac tum sensus e-
a. rit, In hyeme uti oportet ueste lanosa, in æstate uero
pannosa: ac si dicas detrita: ita & Galenus in com-
mētum dit. Vereor ne & commentum Galeni errore tran-
ni susce scribentium uitiatum sit: nam quomodo uerum e-
rit, quòd quæ densam habent filorum texturam, ma-
gis refrigerent: & e contrario quæ raram habent,
tempore hyemis forte incalfaciant? ridiculum est:
tigatio. proinde & hic fortè pro πυκνὴ, πυκομένη, aut aliquid
simile legendum est, quod tonsum significat: aut con-
trarium eius, rarum, substituendum. Sed & princi-
pium commenti duriter redditum est. Puto autem
quòd Galenus illud uoluit dicere, cur autor præsens
dixerit, quod à nemine dictum est aut intellectum,
ipse uiderit.

Obesi qui graciles fieri cupiunt,
labores uniuersos ieiuni subibunt,
&

23
& suspirantes adhuc, necdum refrigerati cibum assument: uino prius temperato, & non præfrigido usi. Obionia sesamis uel dulciarijs, ac lijsq; id genus conficiantur. Atque hæc copiosa, sic enim uel paucissimis saturantur.

O P O R T V N V M exercitijs tempus est, quando cibus duplici concoctione confectus est, scilicet mane, quo tempore urina excernitur flaua. Tēpus citiocō hoc tempore opportunum est alimentum concoctum in corpus distribui, & si quid excrementorum hinc hæserit, expurgari. Vtrumq; adiuuat exercitiū: atq; hoc quidem corpus non extenuabit, sed in eodem ordine seruabit, aut certè magis promouebit. Exercitilitas. Proinde licet Galenus secus uideatur accipere, ego intelligam de eo exercitio, quod post hoc tempus accidit: nam ut exercitium matutinum digestionem alimenti per corpus promouet, ita quoq; postquam digestum est, corpus absorbit & colliquat. Idem & de somno dicam ante cibum, quòd potius carnem conficit, quàm alimentum concoquit. Import exercitiū lō ante c Somnus te cibum cet. Hæc est prima ad extenuationem compendij ratio. Secunda est, ut priusquam à lassitudine recreentur, adhucdum an-

statim heli scilicet, alimentum accipiamus, sed qua ratione
 ndus hoc ad extenuationem facit, obscurum est. Galenus
 ra Ga- uidetur in contrarium commentum referre: mihi i-
 mmē- ta apparet autor consulere, quia uentri auribus ca-
 i info- renti difficile est uerba facere: quacunque ergo ratio
 & sur- ne illi oportet imponere: fit autem hoc potissime, si
 ponen- multis oleribus ipsum impleamus, quæ plus oneris
 habent quàm ponderis, plus saburræ quàm boni
 succi. Idem fiet, si statim lassus cibum exhibeamus:
 nam lassus aut cibum omnino refugiunt, aut certè
 quàm minimum appetunt. Fortè hoc modo etiam
 citius attrahitur, quod & ipsum nonnihil facit aut
 confert ut citius saturetur: non quòd totus cibus
 statim traducatur, sed leuior illius particula prom-
 ptè concoquitur. Atque hoc in genere de tempore
 in quo cibus ijs conuenit. Deinceps recto ordine i-
 ipsum cibum definit: non enim quiuis conuenit, sed
 s dulcis inter obsonia conueniunt dulcia & pingua: in-
 guis. ter pocula uinum non quidem meracum, sed aqua
 temperatum. Nec rursus sub quauis qualitate ma-
 ni tepi- nifesta, non enim frigidum aut calidum, sed te-
 pidum. Huius rationem Galenus, sed obscurè red-
 dit: quia tam frigidum quàm calidum corpus cor-
 roborant, ac firmant: tepidum uerò exoluit, in-
 epidum firmat, & uomitum citat, unde & in sacris spi-
 uit. ritus dicit, *Vtinam calidus, uel frigidus esses, sed*
 quia

27
quia tepidus es, incipiam te ex ore meo euome-
re. Proinde solum calidum & frigidum uentri-
culum possunt stringere: quòd si habitum corpo-
ris calidum uidetur dissipare, tamen labefacto uen-
tre uniuersum corpus magis laxatur. Ergo no-
bis satis est, quòd hac ratione quouis modo appe-
titus remittatur. Facit nobis aliam difficultatem
Galenus in commento: nam uidetur deducere,
quòd neque aqua frigida, neque uinum, sed tepi-
da primum ab exercitio bibenda sit. Id puto ne-
mo uelit imitari: & meo quidem iudicio, ut fri-
gida statim pota nocet fatigatis, ita solum uinum
lymphatum tutum existit, nec curo quod uulgo di-
citur, Vinum ieiunis potum nocet articulis: non
enim ieiuni bibimus, sed post cibum. Atque
hunc quoque Hippocrates non quemuis permit-
tit, sed dulcem & pinguem. Quid enim de sesa-
mis oportet dicere nobis exoticis? præstat inqui-
rere, ecquid potius horum exemplo dulcem ac pin-
guem, quam alium cibum hîc collaudet: nam con-
trà is plurimus appeti solet, cuius nunc contra-
rio studemus. Miror quòd hunc nodum nemo a-
peruerit. Interim possumus dicere, quòd spatio
temporis uentriculum & maximè appetitum col-
labefactent. Huc spectat quod in fine ait, Hoc e-
nim modo paucissimis saturantur, ex quo facile est

Suspicio

Solum
lymphat
tutum.

colligere

colligere quòd melius habent exemplaria paulo an-
is obiter tē *ωίουα* quàm *ωλιούα*, nam quomodo hæc oportet esse
tus.
copiosa, si quidem uolumus hos saturari paucissi-
mis? Certum est quòd pro copiosa, hoc est, *ωλιούα*, de-
bet scribi pingua, hoc est *ωίουα*, forte dulcia, in qui-
bus quedam partes sunt, quæ facilimè conficiuntur,
& digeruntur. magnum ad contrahendum appeti-
tum compendium.

Semel die cibus assumptus, bal-
nei abstinentia, durum cubile, sine:
uestibus obambulatio, quanta ma-
xime fieri potest conducit.

QVOD inedia extenuat, certum est: & ta-
dam pro men quidam paucò cibo quasi suapte sponte impin-
quidam guantur: quidam uerò etiam plurimo nihil profi-
quã crat ciunt, tales ferè calidi sunt & sicci, quibus tantum
nt. deicitur, quantum apponitur: alij sunt humidiori cõ-
ditione cum calore satis attemperato, quibus qui-
dem multum apponitur, neque ex eo quod uel nunc
accedit, uel nuper aduenit, multum deteritur, atq;
ita necessario obesi fiunt: nam si nihil ex corporibus
nostris deflueret, statim in maximam molem exur-
gerent, ergo nihil præsentius quàm inedia exte-
nuat. Idem facit, sed longiore tempore, cibus solito
minor,

minor, præsertim si & ille natura fuerit calidus aut siccus: non quòd humidus adeo magnam habeat vim, ut similes partes humectet: sed saltem eas occyus exiccari prohibeat. Ita & balneum, si non o-
 minino diluat, tamen quo serius exiccetur corpus, præstat. Quòd autem durum cubile aut lectus emaciet aut exiccet, ex eo est, quòd spiritum & sanguinem, sine quo nutritio fieri nequit, repellat & carnem stringat cogatq; . Vnum superest dicere, quare nunc Hippocrates potius dixerit, semel die assumptus, quàm parcus: Galenus quidem aliter scriptum uellet. Mihi uero certa ratio subesse apparet: nam idem cibus magis attenuat, si semel assumatur, quàm si in uices distinguatur: quoniam qui uarijs uicibus assumitur, magis concoquitur, alter uero minus. Videndum ergo an non potius scripserit, cibus semel die assumptus, quàm simpliciter, modicus.

Balneum

Lectus d
exiccet.Potest feri
lectio
pocratis
Gallenus
tauit.

Qui tenues se implere uolunt, præter quæ plenis contraria facient, nullum ieiuni laborem subibunt.

NON dixit Polybus, quòd debent statim exerceri à cibo, sed quòd ieiuni nullum laborem grauem subeant: atq; id longè mitius. Nam à cibo exerceri non possunt citra præsens & graue aliquod discrimen ui

us à ple-
 male ac
 us.

o tēpore
 cēdi gra
 s.

o tēpore
 si.

nofa Gale
 expositio.

*men uiscerum, ita ut melius sit illos manere graci-
 les, quàm cum tanto periculo euadere obesos. Nun-
 quid ergo ijs perpetuò uita sedentaria est seruanda?
 Nequaquam, nam & perpetua desidia multi quasi
 situ contabescunt, atq; emarcescunt. Proinde tertiu
 aliquod tempus illis elegendum est ad exercitium i-
 doneum. Videtur autem mihi illud esse, quod iam
 duplicem concoctionem excipit, quo & reliqui fe-
 re omnes exerceri desiderant: nam hoc tempus, aut
 impinguat, aut certè nullo modo extenuat, sed spiri-
 tum & sanguinem ad exteriora promouet, quibuss
 concoctio perficitur. At paulò pòst, ubi iam famess
 urget, soli obesi exercendi sunt. nam hoc temporee
 graciles exercitium magis affligit: quocirca Hippo-
 crates alibi scripsit, Vbi fames, laborandum nō est.
 Duo ergo sunt tempora à cibo quibus exerceri. aut
 etiam lauari conuenit: plerisq; mane conducit, atq;
 adeo ipsis gracilibus: urgente uerò fame, ipsis obesis.
 Scio quòd Galenus alibi aliter accipiat: sed ista nūcc
 expositio nobis mitior apparet. Sed neq; Galenus si
 bi bene constat, qui nunc à cibo duntaxat lentum,
 atq; improprie dictum laudat exercitium, cum Hippo-
 crates hic loquatur de uero, quod sudore finitur,
 uel citra fatigationem lassitudine. Deniq; si à cibo
 conueniat lentum exercitium, non statim idoneum
 erit ipsum balneum. Iam neq; distinctionem eam
 bene*

bene accipio, ubi lauacra diuidit, & alterum sem-
 per ab epulis laudat, nonnunquam & primum: ui- Obscu-
cus.
 detur enim de diuerso genere balneorum loqui, forte
 frigido & calido, & calidū quidem primū, frigidū
 uerò secundū: & poterit qui uelit per ocium, ista ex
 7. Therapeutices Galeni, & ex libris de sanitate
 tuēda quærere, an forte uelit hoc potius dicere, quòd
 semper post cibum, aliquādo etiam & ante cibū sit
 ingrediendum balneum. Ita enim facit in Therapeu-
 tices septimo, ubi medetur gracili. Non minorem ha-
 bet difficultatem, quòd dicit gymnastas, illos quos
 extenuare uolunt, citra primum complexum mo-
 uere: an hoc uult, ipsos currere, sed non luctari? Pe- Perplex
alui.
 riculum etiam est, ne in priori ante hanc parte, men-
 dum sit: nam si quos extenuare uolumus, nudi debēt
 exerceri, & citra complexum: ergo quos obesos red-
 dere studemus, uestitos, & cū complexu. Cōtrarium
 habet noster interpretes, forte pro ut, ne, poni debuit.
 ita enim Græca uidētur expetere, obseruātes nudos
 exerceri, hoc est, ne nudi exerceantur. Secūdam par-
 ticulam, ubi dicitur, & neq; cū cōplexu, nescio quo
 modo castigabo: nobis aliquid est, nodos ostendisse.

Vomitus uero, & alui cataclysmatis sic utendum est: sex hybernis
 mensibus uomere utile est. Nam &
 pituitæ

pituitæ plus & capitis grauitas subest. Adhæc præcordia dolor exercet. Cataclysmatum æstate usus est: tū enim æstus biliosum corpus reddidit, grauitates lumbos fatigant, & genua calore infestantur, uentris oriuntur tormina & distortiones. Iam uerò superiores corporis partes per inferiores purgandæ sunt.

euacua
nuenit
ximio-

SEMPER ubi fieri potest, ducendus humor per proximiora. Facile est ergo nunc dicere, quare in hyeme potius quàm æstate uomitus competit: nã copiosiore in hyeme quàm æstate stomachus pituitam congerit, quæ nullam ex natura, ut ea quæ in uentre est, euacuationem obtinuit. Proinde hæc studio nostro per superiora, utpote per proximiora expurganda est. Eodem modo, licet nemo dixerit, in æstate per inferiora competit: nam tempore æstatis plurima bilis in intestina per pylorum regurgitat, atq; hæc iterum per inferiora, utpote proximiora, euacuari postulat. Hoc indicant grauitates lumborum, uentris tormina: genuum affectus per accidens sequitur. Nec ijs pugnat altera in Aphorismis sententia, qua hyeme per inferiora, æstate per superna purgationes

pore æ-
inferio-
lysteres
eniunt.

gationes fieri admonet. Hoc enim dixit de humoribus ab uniuerso corpore uenientibus: nam semper motum naturæ incitari oportet: at non admodum pituitam supra purgat, neq; humores, qui in inferiori uentris aut intestinorum parte existunt, supra effert, nisi oblæsa fuerit aut aliqua procaci occasione aberret, atq; hic illi renitendum est: quocirca credo Polybus adiecit, Iam uerò superiores per inferiores purganda sunt, &c. Potuit id etiam adiecisse, ut uniuersaliter intelligamus, motus malos esse cohibendos, atque in contrarium reuellendos: qui uerò utiliter fiunt, promouendos. Certe ex abrupto apparet illius adiectio.

Cataclysinata plenioribus, & humidioribus magis falsa, & tenuiora, siccioribus autem & gracilioribus & imbecillis pinguiora crassioraq; profunt. Pingue igitur & crassum est lac, aqua ex cicere cocta, atq; hoc genus alia. Tenuis & falsum olus, aqua marina, reliquaq; huiusmodi.

Crassi ac pingues ferè crassioribus laborant humoribus, atq; ij maiori studio & elaboratione opus habent: biliosi ac tenues minori: argumentum quòd

c biliosi

si hu- biliosi longè citius ad cōcoctionem & statum per-
 cito ueniunt, atq; adeo ipsum finē, quàm pituitosi aut ali-
 ntur. uer crassi. Proinde in pituitosis opus est medicamen-
 tificac- tis tenuibus & acribus (ferè enim acria tenuis sub-
 a postu stantia sunt) salsis, & amaris: omnia enim hæc in-
 cidunt, aut extenuant, talis est brassica, aqua mari-
 rina, ius carniū salsarum, item & piscium. Reli-
 qui modicè abstergentibus cedunt, ut lacti, decocto
 ciceris, iuri carnis etiam recentis, nisi quòd hìc nūc:
 ouum, nunc zaccharum, aut mel dissoluimus: non-
 sus me- dum tamen ad aloën ueniemus. Pessimè faciunt qui-
 um uul- ijs statim aut colocynthida aut scammoneam inij-
 m. ciunt, aut ea quæ hæc recipiunt.

Vomitus hoc pacto prouocandi
 sunt. Crassi ieiuni cursu, aut cita am-
 bulatione exercitati, medio die uo-
 mere debent.

O M N I S euacuatio, quantum fieri potest,
 ror uul- uentre uacuo obeunda est: unde alibi & antè cœ-
 um me- nam & post cœnam pilulas, ac decocta quoq; illa
 rum. quæ inter prandium & cœnam sumi solent, iustis
 rationibus reprobauimus: ueruntatem pro diuersa
 medicamentorum potentia hoc modo uariare licet:
 Quæ præcociter solunt, satis est quinq; aut sex ho-
 ris an

ris ante prandium sumere: quæ mediocrem potentiã Pote
 obtinent, præstat hora quarta aut quinta manè acci dica
 pere: quæ pluribus horis egent, ut aloë, præstat me- ne.
 dia nocte, idq; post tenuem ac tempestiuam cœnam Lent
 assumere. & quomodo ergo potus quidam manè ac bilia
 cipiendos præcipiunt, bolos media nocte, pillulas sum noct
 mo manè, quæ ferè grauia illa medicamenta inonu- lo p
 sta habent? Omnia ex ignorãtia rectæ methodi pro- Abu
 ficiscuntur in hominum perniciem. Sed de ijs alibi, gariu
 Constat enim ex ijs satis, quòd omnis purgatio atq; coru
 adeo ipse uomitus manè fieri debeat, nisi aliud impe Vom
 dimentum intercesserit. Et quidem graciles & alij ne.
 quidam agrè, & non sine periculo laceffuntur, ue- Vom
 rum crassis nullum periculũ imminet: proinde ieiuni exerc
 id facere debent: quòd uero non nisi post cursum aut exerc
 etiã ambulationẽ, ex eo est, quia hoc modo ipsam pi- exerc
 tuitã uerisimilius est esse attenuatã. Sequitur autem
 ferè, quòd uomitus ijs in mediũ incident diẽ, neq; e-
 nim exercitatio statim manè cõuenit, sed cibo dupli-
 ci cõcoctione perfectõ, ab hoc tẽpore exercitiũ potest
 incipere, sed uix hæc licebit ante meridiẽ perficere.

Potui sumant sesquicyathum hys-
 sopi, aquæ congio nutriti, eumq; totũ
 bibant aceto saleq; adiecto, quo
 plurimum edulcescat.

POSUIT Polybus ἡμισύδιον, hoc est, dimi-
 diam heminam. atque hæc magno interuallo inui-
 citas am. cem differunt. Nam sesquicyathus forte 3.18. hoc est
 uncias duas & paulo amplius continet, & aceta-
 bulum dicitur. Dimidia hemina plus minus uncias
 quatuor: nam hemina uncias octo capit, quippe di-
 midium sextarij: at sextarius ferè sesquilibra est, hoc
 est circiter uncia sedecim, & paulo amplius: iam
 sex sextarij complent congium: propemodum ergo
 hæc est sententia, ut uncia quatuor hyssopi, terantur
 in libris nouem aquæ. & quidē nostram hyssopum
 disce omnes nouerunt. sed dubitare cœperunt nuper qui-
 e no dam, an nostra & ueterum eadem sit: redarguunt
 lopo. ex Biblijs, quæ spongiam dicunt hyssopo circumpo-
 sitam: at nostra hyssopus nunquam calamum ta-
 lem profert, unde hastile fiat, nisi prophanum esset.
 onie- Possent quis cōiectari quòd in eo loco primo pro ἡμισύ-
 του, το ἡμισύου scriptum fuisset: sed id ad nos non attinet.
 Grauior est altera obiectio, quæ hyssopo dat umbel-
 lam origani, & alibi chrysocomes. mihi uidetur no-
 stra hyssopus, & uulgata satireia, species origani
 esse. uerum hæc alium locum desiderant. nam nunc
 non multum refert: potest enim quicumq; uult, ipsius
 loco aliam quamuis calidam & siccam herbam aut
 radicem accipere, quæ sufficienter incidat & atte-
 us lo- nuet. Sed recte Galenus dixit, quòd quantitas con-
 ftigat. gij sit

gij sit nimis magna: quis enim non dico uno haustu,
 sed una hora tam multa posset bibere? forte pro $\chi\epsilon\alpha$,
 $\chi\epsilon\mu\mu$ prius scriptū erat, quod duos sextarios, aut cir- Suf
mei
 citer, quibusdam significat. nam si in his coquantur
 quatuor uncia hyssopi, & quod fieri solet, aliqua
 pars aquæ concoctione absumatur, totum una hora
 bibi potest: & ne fortè hoc ipsum poculum fastidio
 sit, ut dulcescat, hoc est, paulo iucundius fiat, alius
 adijcit acetum & salem, alius etiam mel aut Zac-
 charum.

Primum lente, mox citius potan-
 dum est.

EX hoc loco manifestum est, quòd nolit hoc po-
 culum ex hyssopo unica uice bibi: sed multis uicibus
 ingeri. Causam autem quare primum lentè oportet
 bibere, ipse Galenus ascripsit: accedit secundum, ut
 plus bibamus: nam magnum est sitis compendium,
 primò affatim bibere: & iam uulgò notum, quòd Pi
plus
 qui pitissant, plus uini subinde absumant, quàm qui
 primis uicibus affatim bibunt: ergo ut plura imbiba-
 mus, à principio oportet paulatim bibere: sic & uul-
 gò dicimus, lento gradu plus itineris uno die confi-
 cimus, quia diutius laborem toleramus.

Tenuiores magisq; imbecilli à cis

c 3 bouo

bo uomitum ita mouebunt, loti calida meri cyathos tres bibent, dein epulas uarias assument, uerū sine portione: neq; post has bibendum est, nisi tanto interuallo, quāto stadia quatuor expedias. Post uinis tribus cōmisti utendum est, austero, dulci & acri. Primo meracius & modicè paulatim bibere, postea dilutius, liberatius & citius conuenit.

GENERALE est, quòd qui difficilè uomant, à cœna uel saltem liberaliore cibo uomere debeant, ne nimis lacerentur. Idem periculū & gracilibus imminet: proinde & ijs hoc ipsum consiliū securius. Quomodo autē ad hunc sese preparare debent, diligenter Polybus edocet. Primū (inquit) debent lauari calida, id est tepida. quis enim calida sese aspergi feret, nisi cum cutis suæ periculo? At qui tepida uniuersum corpus atq; insigniter ipsum uentrem laxat, quod non minimum adfert ad prouocandum uomitum momentum. Obscurius est, quare ante omnē cibum, idq; statim à balneo, tres heminas uini, idq; nō simplicis, sed meri, hoc est bene calidi & meraci, bibere iubeat. Quidā firmando uentri ac stomacho cōsultum putant: ego etiā præceptū puto, ut hoc modo

modo plus bibat uomiturus: nã à principio dilutũ uinum magis quàm meracum sitim extinguit, utpote humidum: meracum uerò utpote siccum, sæpe magis accendit: sed & ad humorũ concoctionem maximè conducit: neq; enim hïc statim uomitũ ciere cõuenit, sed humoribus ipsis primũ abstersis. etenim potius ipsos humores peccantes quàm cibũ eijcere intendimus. Ergo à principio id oportet accipere, quod tales humores demoliat: atq; in uehemẽter crassis opus est hyssopo, raphano, origano, aut similibus: in gracilibus sufficit ipsum uinũ, modo fuerit meracũ. Hoc ergo miror, quòd ueteres atq; adeo ipse Galenus omiserit, quibus hoc unicũ uisum est, quòd ad firmitatẽ stomachi Polybus duntaxat suaserit. Nõ minus fluctuant, priusquã causam reddant, cur à uarijs epulis nõ statim sit bibendũ, sed fortè una sesquihora expectadum. tanto enim tempore facilè quatuor stadia, hoc est dimidium ac paruũ miliare pertranseas. Quidam hoc tempus dant nutritioni: & inanis est coniectura: neq; enim tam facilè sequitur: ergo id temporis potius conceditur humorum in uentre concoctioni: neque enim satis est merum in uentre fuisse, sed ipsum oportet humores incidere, abstergere, extenuare. Atq; ut hoc faciat, tẽpore indiget. Nunc quare tribus postea uinis utendũ præcipit, dicamus: atq; alicui satis fuerit, ut uarias epulas, ita uaria uina

Qua
faon
uinum
præbil

Altera
fitio.

Inter
& uin
bet in
se int
lum se
horæ.

Vt uã
bus, it
uinur
uenit

maximè ipsum uentrem ad uomitum prouocare, & quòd quidē ita sit, experientia ostendit, & ratio docet. nam nisi uenter diligenter cibum complectatur, fluctuat atq; ad superiorem uentrem subinde ascendit. Nò potest autem amplecti, nisi eo capiatur, nec rursum potest capi tam diuersis cibis uno eodemq; tempore: ergo certū est, quòd uarietas magnum initium facit ad uomitum. At si huc Polybus respexerit, non debebat austerum, dulce & acre distinctim nominare: poterat ut epulas, ita uno uerbo diuersa uina dicere. Idem & ex ordine apparet: non enim dixit, quòd perinde esset quo ordine hæc uina sumeret, sed dixit diligenter, primum austero, postea dulci, demum acri. Quando ergo neque Galeno hanc causam reddere uacauit, experiamur nos si
 ra opi- quid possimus. Equidem mihi causam inuenisse uideor. In primis suadet austerum, utpote siccum: nam hoc minus stomachum exoluit: & quia siccum est, ita locum alteri relinquit. non enim sitim omnino extinguit: id facit magis dulce ac dilutum, utpote humidum: ueruntamen sua dulcedine non nihil labefactat, nec tamen sufficienter uentrem superiorem prouocat: proinde acre adiicit, id enim stomachum excitat, quemadmodum id quod salsum est intestina. nam ambo, hoc intestina, illud stomachum uellicat, & quasi expulsionis admonet. Fortè hoc uidebitur

pugnare cum eo quod sequitur, ubi dicit quòd meracius oportet præbire, quòd acria uidentur calidiora: nisi fortè uelimus dicere, alia esse meraca, alia acria, & uehementer calida. & id quoq; mihi uideatur: nam meracum appellamus, cuius substantia tota uino turget. Atqui interim sunt quædam, utputa apud nos marina, egregiè acria, & tamen parum uinosa. hæc sunt quæ supra alios commentatores au- Acria-
Vinosa
si sumus, neq; timemus ne cum ueteribus à Galeno diuinationis arguamur: nam uidentur mihi hæc uerisimilem coniecturam habere.

Qui uomere bis in mense uult, melius sibi consulat, si biduo continuauerit, quàm si post quadragesimum diem uomuerit.

MULTVM abest Galenus ab illis, qui duos aut tres clysteres uno die audent iniicere: aut qui solutiua decocta bis exhibent. nam re uera unica euacuatio satis est, nisi morbi præcipitatio urgeat, ut phlebotomiam simul cum medicamento uno eodèq; die expetat: at id rarissimum est. ita & uomitum Secund
cuatio
die mol
melius est repetere altera die, quàm eadem. quòd si exquisita facta sit, sufficit repetere altero mense aut quadragesimo die. Multo minus licebit hac ratione

ε ς semel

semel in mense inebriari: nam nunc audiuius medicationem multo securiorem.

Qui post epulas uomere uolunt, uel quibus aluus astricta est, ijs omnibus die sæpius uariosq; cibos esse, tum duplicia aut terna uina bibere expedit. Quibus uomitus non est utilis, uenter autem sanus est, his cōtraria superioribus conueniunt.

N O N solum uarietas ciborum aut poculorum uomitum, sed in quibusdam pro uomitu deiectionē facit: nam quod uenter dedignatur, aut negligenter complectitur, nunc per uentrem superiorem effertur, nunc per inferiorem delabitur. Hæc est causa, quare adiecit, Vel quibus aluus est astricta. ad utrumq; enim confert.

Pueris calida lauatio longo tempore apta est. Vinum dilutius neque omnino frigidum. Hoc autem exhibendum, quod uentrem minimè atollit, perturbatq;, & inflationes parit: quæ omnia conducunt ne conuulsionibus conflictentur, sed maiores

iores coloratioresq; fiant.

CALORE Mubiq; debemus seruare: humiditas alibi inutilis est: uerū in pueris, quæ ex ætate est, ad incrementū corporis conducit: neutram ergo qualitatem in pueris reprehendere conuenit, sed potius seruare decet: ita neq; aquā quæ frigida est, neq; uinū meracum, aut quod acre est, bibēt, sed dilutū: hoc enim calidum utcūq; & humidū est. Scio quòd *Plato* Plato. to pueris omne uinū interdixit: sed ipse illius uim & excessum timuit, atq; in lymphato, ut diximus, nulla est potestas quæ corpus puerorum exoluere potest: sed quodammodo mediocre existit: præsertim si & manifestā ipsius frigiditatē exuerit, quam ex penū cōcepit: ratione cuius neq; omnino frigidū ascripsit. Verum hoc uinum, ut omnia alia, quæ ex calido & frigido sunt cōmixta, ut inslet, & præcordia suspensat, maximè est idoneū: qua ratione & uulgo dicitur, quòd aliquando uinū lymphatū magis inebriet quàm uinum purum: nam dum aqua ipsum in uentre remoratur, sæpe magis caput ferit, quàm si paulo calidius esset: sed statim per corpus digeretur: non enim ea inebriant, quæ in corpus rapiuntur, sed quæ in uentre mutata ad caput ascendunt. Hac de causa à uino inflationem oportet tollere: hoc autem facillimè fiet, si multis antea horis lymphetur. Nam ita perturbationem foris patietur, quam

Vtraq; qualitas in pueris seruanda.

Vinum lymphatum a quando magis inebriat quàm meracum.

Vinum lingo antea tempore lymphatum.

innis

conuulsionis
periculum.

per oportu
conuulsio
nis.

intus in corpore faceret. Multum ad hoc etiam con-
feret optimam aquam, & quæ leuis est eligere, &
quæ ex sua natura facile per corpus digeritur. Secus
non solum est periculum ne pueri inflentur, sed &
conuellantur, tum in particularibus locis, tum in u-
niuerso corpore ac forte epilepsia afficiantur. Nam
quòd particulares conuulsiones sepe ex inflatione
fiant, ex ijs patet qui parum sobrii humi decumbunt:
sepe enim illorum suræ contrahuntur. iam quòd e-
pilepsia ex humore flatulento fiat, spuma indicat.
Omitto quòd non tam ad epilepsiam, quàm reliquas
conuulsiones admodum sunt idonei, quia genus
neruorum in ipsis admodum debile. Epilepsia quoque
uulgo puerilis morbus dicitur, hoc ergo modo pueri
non solum ab omni detrimento asserentur, sed illo-
rum corpora in melius ac maius promouebuntur.

Mulieribus siccior uictus ex usu
est. Etenim cibus siccus, potio mera-
rior, carne mollibus idonea est. Ad
hæc secundis, & foetui nutriendo
potior est.

V T est illiberale uirum esse effoeminatum, ita
turpe est, mulierem esse uiraginem: uerum ut uiri so-
pe excedunt sicco, ita mulieres humido: & quidem

hore

hoc quod supra ætatem & sexum est, tanquam inu-
tile oportet imminuere, siue id ipsum ex natura, siue
accidente accesserit. Insigniter talis est in mulieri-
bus conceptus: nam multas humiditates, præsertim
primis mensibus, congerit. Hinc illa inconsueta fa-
stidia, aliquando etenim pica, quibus terram, car-
bones & similia appetunt. Videte ergo nunc an
non hæc humiditas castigatione eget. non potest au-
tem iucundius castigari, quàm per cibum & po-
tum sicciorem. Proinde omisso Platone, qui mulie-
ribus prægnantibus uinum interdixit, Hippocra-
tem sequimur, qui non solum uinum, sed meracum
præsertim in primis mensibus bibere consulit: nec
timemus ne conceptus offendatur: nam à matre
multis modis concoctum est, & priusquam ad fœ-
tum perueniat, suam uim exuit: ueruntamen suffi-
ciens est ad humiditates illas exiccandas, quo fit ut
reliquus sanguis ad secundas quæ siccæ sunt, ac sic-
cum alimentum requirunt, sit commodior. Hoc ta-
men lubenter Platoni concedimus, quòd nimio usu
præsertim admodum potentis uini, ferè matres fœ-
tum suum in utero suo uitiant: nam quomodo alio-
qui hæc præ alijs tam imbecilles & stupidos pa-
rerent?

Humidi
immodica
præhende
da in præg-
tibus.

Hippocra-
aliter qu
Plato.

Vinum
tens in præ-
gnatibus
ricuiosum

Qui corpus exercent, per hyemem
currere

currere & colluctari debent. Aestate luctandum modice, currendum non est. In frigore multa ambulatio conuenit.

DICTIO clara est: non enim malum maldo addendum est: & ipsa æstas per se satis corpus consumit: proinde cita ambulatio ac uehemens duntaxat hyemi conducit.

Qui cursu fatigantur, luctari debent: qui ex lucta fatigationem sentiunt, his currendum est.

RVDIBVS magis placeret sermo, qui in Aphorismis scriptus est, In omni corporis motu quies laborem soluit. forte etiam ii putabunt, quòd hic sic illi contrarius: secus autẽ sentient, qui in rebus exercitati sunt: nã partes lassæ & alibi quiescunt, pulcherrimè tamen feriantur, ubi oppositæ exercentur: at qui luctæ exercent partes superiores, cursus inferiores. Videte ergo an non elegãter scripserit Hippocrates, quòd qui cursu fatigati sunt, recreentur lucta, & e contrario. Verum quòd in commento Galeni Polybum dicat ascripsisse causam, ego uehementer miror: nam nullã causam hîc ipse apposuit. Apparet igitur Galeni tẽpore plura adiecta fuisse.

Quib

Illitur con
dictionis
ocio.

detur ali-
d de de-

Quibus exercitatis uentris profluuia oboriuntur, & cruda deijciuntur, ijs exercitiorum pars tertia, ciborum dimidia prorsus demenda est. Quippe uenter eorū copiam continēdo non est. Ad hoc panem quā maxime assum esse oportet: ex uino bibere, uerò minus quā modicè, sed meracius. Sēper autem post cibum conquiescere, qui semel die tunc assumendus est. Hac enim ratione uentriculus sibi commissa fouet mutatque. Accidunt huiusmodi profluuia potissimum densa carne præditis, quū carnem uorare cogantur. Nam uenæ densiores alimenta non recipiunt. Atque tales in eodem habitu diu subsistere non possunt, sed in alterutram partem declinant.

GALENVS intelligit de exercitijs athleticis. Videtur posse referri ad alia exercitia: nā utrobique error accidere potest. Statū enim est, quòd ante exercitiū aut nullus debet sumi cibus, aut admodū paucus:

Liberio
positio

nam

nam grauisſima tandem incommoda ſequuntur,
 qui frequenter à cibo exercitantur. Vnum nunc ex
 omnibus narrat, quòd aliquando profluuium ſequa-
 tur: puto diarrhœam intelligit, ubi cibus ex parte
 concoctus redditur: ergo qui ſibi uiuit, poſtea à tali
 exercitio importuno abſtinebit. Si tamen athleta
 fuerit, nec exercitium ſimpliciter omittere poſſit,
 ſaltem in parte remittet, cibum uerò pro dimidia
 parte ſubtrahet: nam ſi non ab omnibus incommo-
 dis aſſeratur, ſaltem profluuium cauebit, maximè ſi
 & potum imminuat, ſed meracius bibat: nam quo
 uinum eſt meracius, eo amplius exiccat. Idem &
 panis aſſus potius quàm ſimplex. Conuenit etiam
 hoc loco aſſatim bibere: nam contrà qui paulatim
 ac frequenter bibit, uentrem magis citat. Proinde,
 ut diximus, ſi quidem liber fuerit, poſt cibum omni-
 no feriabitur: ſi autem athleta fuerit, quàm fieri po-
 teſt longiſſimè à cibo exercebitur: quoniam ut ſo-
 mnus, ita ſecundo loco & quies maximè concoctio-
 nem adiuuat: nam motis nobis mouentur omnia
 quæ in nobis ſunt: quo fit ut exercitium cibum præ-
 cociter ad inteſtina deuoluat: atq; hæcenus nulla
 difficultas: maxima uerò oritur in ijs, quæ ſequun-
 tur, ubi hæc incommoda timet, præſertim illis qui
 denſa carne præditi ſunt, aut denſas uenas habent,
 & carnem uorant, utpote piſcibus difficiliorem.

alij pro densa carne ac densis uenis, duras legunt:
 nec solum id faciunt, sed & suam commēationem
 adiiciunt. Galenus neutram fert, sed utranq; com-
 muni quadam ratione redarguit, quia Polybus po-
 tius uentrem medicatur, quam duritiem aut densi-
 tatem. Est autem & hic & alibi commentum ob-
 scurum, tum ratione interpretum, tum ratione auto-
 ris, ubi dicit, Porro quando ratione addita cui fidēs
 & c. Vbi Galenus commentatorum temeritatem
 arguit iuxta hanc sententiam: Si postquam ipse au-
 tor ascripsit rationem, iuxta quam persuasus sta-
 tuit, quæ statuere uoluit, adhuc interpretibus aliqua
 dubitatio relinquatur, quid fiet ubi autor rationem
 omittit? Peccant ij interpretes, & in eo quòd tales
 deiectiones concoctas intelligunt, quas autor crudas
 enunciat: tanta est aliquando commentatorum te-
 meritas. Proinde Galenus densas mauult legere, ap-
 pellat autem densam carnem, quæ plurimum habet
 carnis, ratione cuius non facile perspirat: sic & ue-
 nas densas quæ plurimum obruuntur ac implentur
 sanguine, atq; id densis naturis ferè euenit, utpote
 quæ parum perspirant. In his iudicio Galeni, nunc
 cruda, nunc concocta quodam modo deijciuntur ab
 exercitio: nã quia alia pars digeritur, reliqua melius
 concoquitur, pars alia super hæc cruda deijcitur. Sed
 non lubenter à Polybo recipit, quòd densitas uena-

Perple
commēt

Ipsius co
menti, il
stratio.

Inæqualita
multa.

rum istius fluxus causa existit: nam si densitatem
 us Ga- aut duritiem corporis in causa putauit, his mede-
 :xorbi- ri debuit: at nunc contra infelicitati uentris prou-
 cusatio. dit. Atque ego nescio quàm sit uehemens hæc ac-
 cusatio. non enim dixit quòd densitas carnis ho-
 rum causa extitit, sed quòd densa carne præditis i-
 sta ferè contingant, ut qui carnem non admodum
 possint (quippe suillam) conficere, quæ plus habet
 humiditatis quàm caliditatis, cuius densitas signum
 existit. Iam uenarum densitas aut plenitudo cau-
 sa esse potest, ut profluuium magis sequatur: non e-
 nim promptè in uenas plenas alimentum rapitur:
 quo fit ut uel partim per uentrem concoctum decer-
 natur. Medetur autem nunc sufficienter huic den-
 sitati qui minus assumit. atq; sic hætenus uidetur
 mihi commentum Galeni posse illustrari, ac Poly-
 bus excusari. Sequens particula ex primo Aphori-
 smorum sumpta est, ubi de athleticis dicitur, quòd non
 possunt eodem statu persistere, quo fit ut debeant
 uel in melius uel in peius euadere: quando uerò non
 possint euadere in melius, necessum est ut inci-
 dant in deterius. credo ipsum idem uelle quod in
 sequenti particula.

Hæc autem natura celeriter in u-
 tranq; partem uertitur, & huiusmo-
 di co

di corporum bonus habitus exiguo
tempore uiget.

N O N hic dicit, quòd habitus athletarum fa-
cile uertitur in bonum uel malum: sed quòd qui ha-
pent carnem densam, necdum tamen in extremo
scilicet consistunt, facile in peius uel melius festi-
nent. Nam propter densitatem facile in plenitudi-
nem incidunt, & rursus ex plenitudine in alium
norbum.

Qui rariores cute sunt, & hirsuti
magis, carnis esum ex facili admit-
tunt: labores magis sustinent, diuq;
bono corporis statu fruuntur.

C A E T E R I S paribus, facilius conficitur pi-
scis quàm caro: unde de piscibus solet Galenus di-
cere, præsertim saxatilibus, quòd sanguinem tenuè
ciant, atq; ijs præsertim studiosi uti solebant. caro

maiori negotio conficitur, nec ab omnibus, sed præ-
sertim calidis & siccis, qui significantur raritate

stomachorum multitudinem: argumento sunt & ipsa
animantia: nam leones, canes, cerui utpote ani-

malia calida, uix alio quàm carne utuntur. Ita &
intemperaturis quo quisq; est calidior, eo carnem

magis appetit & conficit. Sed neque ij facile in ple-
nitudinem incidunt: etenim illorum corpus per-

Caro diffici-
lior cōcoctu
quàm piscis.

Diuersorum
animantiū di-
uersus uictus.

spirationi est magis idoneum: hoc est, quod dicit, illos bono diu corporis habitu frui.

Qui cibos postero die eructant, & præcordijs dolent, ijs ueluti cruciatis adhuc cibus diutius dormiendum, nouum genus laboris subeundum est, uinum meracius largiussimæ que bibere oportet, cibus uti paucissimis. Quippe constat uentriculum imbecillitatis frigorisque uilitio ciborum copiam concoquere non posse.

QVORVM eructus manè ipsius cibi sapore reddunt, ijs ferè præcordia suspenduntur, ac dolent, quia cibus magis inflatur, quàm concoquitur: præcibus inde concoctionem promouere oportet. atque *ius nunc* ponit aliquot compendia. Primum locum occupat somnus. Itaq; diutius dormiendum est, si licet donec perfecta fuerit concoctio utraq;: ac iam dormire non licet, saltem quiescendum est: nec hoc secundo loco ad concoctionem confert. Primum inde incertum uidetur, cur non simpliciter excercitium præcipiat, sed maius requirat: hoc enim

Concoctio-
nis compen-
dia.

apparet ex uerbo, nouum, significat. Certe Galenus Galeni di
 id nimis obiter præterit: satis est ipsi quod exerci- mulatio.
 tium incalfaciat: nec uidetur curare quod concoctio
 nem impedit. ob hanc causam ego malle id de exer
 citio in sequentibus diebus intelligere: aut postquam
 sibus duplici concoctione concoctus est: nam ut con- Dura expo
 octio huius cibi, ita & digestio illius maioribus tio.
 iribus indiget: in hanc ergo rem consulit exerci-
 tium uehementius, in illam uerò somni tempus diu-
 rnius. Nam antiqua dignitas est, somnum conco-
 uere, uigilias uerò digerere. Et ne quid tale amplius
 sequentibus committatur diebus, docti priori pe-
 culo, deinceps cibum imminuemus, & aliquid de
 uino meraciore adijciemus: nam uinum ex ijs est Altera huius
 & facillimè concoquuntur, & nutriunt. Fortè eò loci commē-
 ferendum & quod de exercitio dixit. tatio.

Qui siti premuntur, parcus es-
 ent, minusq; laborabunt: uinum
 ilutum simul & perfrigidum bis
 ent.

SERMO apparet mihi clarissimus: nam sci-
 es quòd sitis prima causa est siccitas: secunda uerò
 diditas: at cibus ex natura sua exiccat, & eo ma-
 uehemens labor, uinum meracum: ergo cibo ab-

stinere, & quieti nonnihil indulgere oportet, ac pro
 meraco, diluto uti, atq; tali potius quàm aqua. Nam
 ubi uinū & alibi dicitur, quòd uinum lymphatum magis ac-
 lymphatū ma- liquando infrigidat, quàm aqua: etenim aqua sepe
 infrigi- moratur in præcordijs, saltem segniter in corpore
 : quàm a- digeritur: at uinum ipsam digerit ac deducit. sed nec
 a. que ignaua hïc est aqua, sed quasi uinum à tergo im-
 pellit. Iam priusquam aqua per se in corpus dige-
 ratur, sepe in præcordijs morata inflammatur, quò
 qua per ac- fit ut uel tandem dum per corpus digeritur, minime
 des aliquã- ipsas partes recreet, quæ in longinquo sunt positæ
 o magis in- interdem etiam quodam modo inflammet. His rea-
 immat. tionibus melius sitim extinguere uidetur uinum
 lymphatum, quàm aqua. Nec aliò apparet spectat
 se Galenus, cum in fine commenti dixit, quòd cel-
 lula potio sumit ex uino præsidia, maximè autem
 uinum dilu- luta potio sumit ex uino præsidia, maximè autem
 tum præclare non sit solum dilutum, sed præterea manifeste frige-
 edat sitim. gidum, quale ex penu effertur, aut aqua ac niue re-
 frigeratur.

Quos dolores uiscerum infestant
 uel ex labore, uel alia quadam am-
 bulatione, sine cibis recreandi sum-
 modica potio conuenit, præsertim
 ea quæ

ea quæ urinam cieat, quo uenæ ex uisceribus prodeuntes, non distendantur. Nam hinc inflationes febresque oriuntur.

L A B O R immodicus sæpe lassitudinem infert ipsis musculis: aliquando etiam, sed rarius, generat quandam grauitatem, ac tentionem in ipsis internis uisceribus. euenit hoc, dum succus ac sanguis in illorum uenas paruas præcociter digeritur atque infarcitur: atque hic inflammationis secundæ periculum existit, nisi talis humor extenuetur. Hoc autem maxime eueniet, si quidem cibo abstinuerimus, sed uinum tenue, ac quod urinam ciere possit, biberimus. Est propemodum similis dolor qui statim à cibo exercitatis oritur in sinistro latere, uulgo in splene putat. sed nos huius causas explicuimus alibi. neque in splene, sed duntaxat in intestinis consistit, atque ex quadam inflatione oritur. magno illius rei argumento est, quòd non omnibus, sed præsertim illis qui plura superbiberint, euenit. Iam multi splenetici uisi sunt, sed nemo unquam similem dolorem huic passus est: neque etiam in eo loco tam facile dissi-
ci possit, atqui iste ultro euanescit. Et quomodo

Lassitu
plex.

Dolor i
stro lat
cibo ex
tis sæpe
tur.

*ergo quidam suspicantur, quòd hac de causa cursori-
bus splen adimitur? Anilis est fabula.*

Quibus morbi à cerebro nascun-
tur, stupor caput primum occupat,
urina sæpe redditur, idem affectus
qui in stillicidio, diebus nouem ita la-
borant: & si aqua uel mucus ex na-
ribus uel auribus fluxerit, morbo li-
berantur, & à stillicidio quiescunt.
Urinam uerò sine molestia copio-
sam & albam reddunt. Ad uiginti
dies etiam capitis dolor abit, intuen-
tibus splendor ipsis obscuratur. Por-
ro qui colligere potest sanitatem ho-
minibus quouis precio æstimari,
sciet ex sua ipsius sententia in mor-
bis ferre præsidia.

*G A L E N U S hanc sententiam excindit, &
suppo merito. Nam neq; si diuines, eius rationem colliges.
certum ergo est, quòd ab alio adiecta sit. neque enim
qui grauiter multa scribit, in alijs ridiculus erit. Igi-
tur aut iniuria transcribentium locus est uitiatus,*
aut

aut aliquid omiffum, quod & in plerifq; alijs locis
 fieri folet. Forte à principio fcriptum erat, in uefica: Leuio
 ut fic legatur, quibus à cerebro in uefica morbi o- ieftura
 riuntur, fcilicet per confenfum. Certe aliqua ratio-
 ne hunc fermonem excufare liceret. Non enim
 quemuis morbum in cerebro fequitur affectus in ue-
 fica, fed magnum. & forte quis contrà pugnabit,
 quòd oblèfa uirtute cerebri per aliquem affectum
 capitis citius offendentur partes longinquæ, quæ il-
 linc uirtutem fuam accipiunt, quàm propinquæ. at-
 qui contrà res fe fe habet: nam fæpe caput dolet, &
 fopore quodam tenetur, & tamen pes, uefica, uen-
 ter fungitur fuo officio. Nam pauca uirtus ad cohi-
 bendum aluum, aut ueficam fufficit, neq; illa nifi per
 grauiore morbos intercipitur. grauis morbus eft ftu-
 por, & ferè fingulæ partes, quæ hinc deriuatio-
 nem fufcipiunt, illi confentiunt. Si quidem ergo ftil-
 licidium urinæ fiat, & ftupor prius caput occupa-
 uit, non eft uerifimile quòd affectus fe deat in uefi-
 ca, fed in ipfo capite: proinde huc opertet dirigere i-
 psum remedium: & quia cerebrum uifcus princi-
 pale eft, non ita diu illius magnitudo obtineri po- In prim.
 teft: fed ut alij acuti in quatuordecim diebus sub- uifceribu
 fidunt, ita hic ferè in nouem: & quod eft mirabi- morbi ac
 le, citius fecundus definet affectus in uefica, quàm Secundu
 primarius in cerebro: nam, ut diximus, fecundi af- fectus de
nit ante
mam.
 d s feftus

fectus non nisi magnitudinem sequuntur: proinde
imminuta prioris magnitudine, desinere incipiunt.
Itaque circa nonum diem urina colligi incipiet,
& affatim suo tempore excerni. Posterioribus e-
tiam diebus capitis grauitas cessabit, atque hacten-
us ferri sermo poterat, tamen sequentem locum,
uersio. ubi dicitur, quod splendor intuentibus obscura-
tur: in principio positum oportuit, inter reliqua do-
loris capitis discrimina. Nouissima pars sermo-
ior sen nis Galeno omni suspitione caret, & propterea
pars. certum est quod postea sit uitiata, idque in exem-
plaribus omnibus. Ecquid enim id est quod qui
m cer. potest colligere sanitatem hominis multi precij es-
se, facile singulis morbis medebitur? prius enim o-
mnes sciunt, posterius pauci intelligunt. omitto
quod Græca oratio, ut iacet, incongrua sit. Proin-
inde ego hunc locum sic restituendum coniector:
Porro qui colligere potest quid hominibus in sa-
nitudo. nitate proprium, facile poterit ex sua ipsius sen-
tentia in morbis ferre præsidia: ut pro ἀξίου lega-
mus ἰδίου, & ante ὄντων nos interponamus ἰσ, ut sic di-
catur ἰσ τῶν ὄντων: nam sic & oratio erit congrua &
sententia idonea, uidelicet talis, qui cognitum habet
quid huic naturæ proprium, quibus rebus solet iu-
uari & offendi, facile familiaribus malis ac le-
um Ty- uioribus discet occurrere. Huc spectabat Tybe-
rius

*rius, dum nollet sexagenarium manum porrigere
medico. nam spatium temporis proprietatem natu-
ræ suæ debebat discere. Vereor autem nunc
ne non multi ex medicis, qui in pre-
cio habentur, propriam naturam
ignorent. Et quid ergo a-
lijs precor bene-
facient?*


*


FINIS.

Supra
dicor
phis.

Lugduni, apud Godefridum & Mar-
cellum Beringos, fratres,

1543.







Several small, reddish-brown spots are scattered across the page, likely due to foxing or water damage. There are approximately 15-20 such spots, with a higher concentration in the lower half of the page.



SINE
FRAUDE.

